

15


17.

Storia di P. e J. P. P.  
Capit. P. 2. (24. luglio 1555.)

24. Julij 1555.

Bulla Sanctissimi in Christo Patris &  
D. N. D. Pauli diuina prouidentia Papæ III.  
Contra Iudæos ædita.

19  
60



Paulus Ep̄s seruus seruorū Dei. Ad perpetuam rei memoriam.



V M nimis absurdum & inconueniens existat, vt Iudæi, quos propria culpa perpetuæ seruituti submisit, sub p̄textu quod pietas Christiana illos receptet, & eorum cohabitacionem sustineat, Christianos adeo sint ingrati, vt eis pro gratia contumeliam reddant, & in eos pro seruitute, quam illis debent, dominatum vindicare procurent. Nos ad quorum noticiam nuper deuenit eosdem Iudæos in Alma Vrbe nostra & nonnullis S. R. E. Ciuitatibus, Terris & locis in id insolentiæ prorupisse, vt non solum mixtim cum Christianis & prope eorum Ecclesias nulla intercedente habitus distinctione, cohabitare, verū etiam domos in nobilioribus Ciuitatum, Terrarū, & locorum, in quibus degunt, vicis & plateis conducere, & bona stabilia comparare & possidere, ac nutrices et ancillas aliosq; seruientes Christianos mercenarios habere, & diuersa alia in ignominiam & contemptum Christiani nominis perpetrare præsumant, considerantes Ecclesiam Rom. eosdem Iudæos tolerare in testimonium veræ fidei Christianæ, & ad hoc vt ipsi Sedis Apost. pietate & benignitate allecti, errores suos tandem recognoscant, & ad verum Catholicæ fidei lumen

A

peruenire satagant, & propterea conuenire, vt quandiu in eorum erroribus persistunt, effectu operis recognoscant se seruos, Christianos vero liberos p̄ Iesum Christum Deum et Dominum nostrum effectos fuisse: Iniquumq; existere, vt filij liberæ filijs famulentur ancillæ. Volentes in præmissis, quantum cum Deo possumus, salubriter prouidere. Hac nostra perpetuo valitura constitutiones sancimus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus, tam in dicta Vrbe, q̄ in quibusuis alijs ipsius Romanæ Ecclesiæ Ciuitatibus, Terris & locis Iudæi omnes in vno & eodem, ac si ille capax non fuerit, in duobus aut tribus, vel tot, quot satis sint, contiguis & ab habitationibus Christianorum penitus seiunctis, per nos in Vrbe, & per Magistratus nostros in alijs Ciuitatibus, Terris et locis prædictis designandis vicis, ad quos vnica tantum ingressus pateat, & quibus solum vnicus exitus detur, omnino habitent. Et in singulis Ciuitatibus, Terris & locis, in quibus habitauerint, vnicam tantum Synagogam in loco solito habeant, nec aliam de nouo construere, aut bona immobilia possidere possint. Quin immo omnes eorum Sinagogas, præter vnã tantum demoliri & deuastare, ac bona immobilia, quæ ad præsens possident, infra tempus eis per ipsos Magistratus præfigendum, Christianis vendere. Et ad hoc vt pro Iudæis vbiq; dignoscantur, Masculi biretum, foeminae vero aliud signum patens, ita vt nullo modo celari, aut abscondi possit, glauci coloris palam deferre teneantur et astricti sint, nec super non delatione bireti, aut alterius signi hmoi prætextu cuiusuis eorū gradus, vel præminentie seu tolerantie excusari, aut per eiusdem Ecclesiæ Camerarium, vel Camerae Apostolicæ Clericos, seu alias illi præsidentes personas, aut Sedis Apostolice Legatos, vel eorum Viuelegatos quouis modo dispensari, aut absolui possint. Nutrices quoq; seu Ancillas, aut alios vtriusq; sexus seruitentes Christianos habere, vel eorum infantes per mulieres Christianas lactari, aut nutriri facere: seu Dominicis, vel alijs de præcepto Ecclesiæ festis diebus, in publico laborare, aut laborari facere, seu Christianos quoquomodo grauare, aut contractus fictos, vel simulatos celebrare, seu cum ipsis Christianis ludere, aut comedere, vel familiaritatē seu conuersationē habere nullatenus præsumant. Nec in libris rationum, et computorum, quæ cum Christianis pro tēpore habebunt, alijs q̄ latinis literis, & alio, quã vulgari Italico sermone vti possint, & si vtantur, Libri hmoi contra Christianos nullam fidem faciant. Iudæi quoq; præfati sola arte Strazzariæ, seu Cenciariæ (vt vulgo dicitur) contenti aliquam mercaturã Frumenti, vel Ordei, aut aliarum rerū vsui humano necessariorum facere. Et qui ex eis Medici fuerint, etiam vocati et rogati, ad curam Christianorū accedere, aut illi interesse nequeant. Nec se a pauperibus Christianis dominos vocari patiantur. Et menses in eorum rationibus et computis ex triginta diebus completis omnino conficiant, & dies, qui ad numerum, triginta non ascenderint, non pro mensibus integris, sed solum pro tot diebus, quot in effectu fuerint, computentur, & iuxta ipsorum dierum numerum, & non ad

170  
rationem integri mensis eorum credita exigant. Ac pignora eis pro cautione pecuniarum suarum pro tempore consignata, nisi transactis prius a die, quo illa eis data fuerint, decem & octo integris mensibus vendere nequeant, & postq; menses prædicti effluxerint, si ipsi Iudæi pignora hmoi vendiderint, oēm pecuniam, quæ eorum credito super fuerit, dño pignorum consignare. Et statuta Ciuitatū, Terrarū & locorum, in quibus pro tēpore habitauerint, fauorem Christianorū concernentia inuolabiliter obseruare etiam teneantur. Et si circa præmissa in aliquo quolibet defecerint iuxta qualitatē delicti in Vrbe per nos, seu Vicariū nostrum, aut alios a nobis deputandos, ac in Ciuitatibus, Terris, & locis prædictis per eodē Magistratus etiam tanq̄ rebelles & criminis læsæ Maiestatis rei ac toto populo Christiano diffidati nostri, & ipsorum Vicarij ac deputandorum & magistratū arbitrio puniri possint. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, ac quibusuis tolerantijs, seu priuilegijs et indultis Apost. eisdē Iudæis per quoscunq; Rom. Pontifices prædecessores nostros, ac sadem prædictam, aut illius Legatos, vel ipsius Rom. Ecclesiæ Camerarios, & Camerae Apostolicæ Clericos, seu alios illi præsidentes, sub quibuscunq; tenoribus et formis, ac cum quibusuis, etiam derogatorijs derogatorijs alijsq; efficacioribus & insoluis clausulis, necnon irritantibus et alijs decretis, etiam Motu proprio et ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis & innouatis, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de eis, eorumq; totis tenoribus, specialis specifica, expressa et indiuidua, ac de uerbo ad uerbum, non autē per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alta expressio habita, aut aliqua ex quibusuis forma seruanda esset tenores hmoi, ac si de uerbo ad uerbum nihil penitus omissio, & forma in illis tradita, obseruata inserti forent, præsentibus pro expressis habentes illis alias in suo robore p̄mansuris, hac vice dūtaxat specialiter et expresse derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam nostræ sanctionis & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autē hoc attentare præsumpserit, indignationē omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorū eius se nouerit incursum. Dat Romæ apud sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ 1555. Pridie Idus Iulij. Pontificatus nostri Anno Primo. Barengus.

#### Bando sopra gli Hebrei de l'ordine che hanno da tenere.

H Auendo la Santità di N. S. Paulo per la diuina prouidentia Papa Quarto considerato quanto sia dannosa & pericolosa la conuersatione delli Giudei con Christiani. Et vedēdo come buono et vigilāte Pastore in ogni modo, et via obuiare alli pericoli, & danni, che al suo grege possono alla giornata occorrere, ha prouisto circa al viuer d'essi Giudei come si contiene nella Bolla di S. Santità espedita

alli 13 del presente mese di Luglio 1555. Per tanto il Reueren. P. Virgilio Ros-  
sario Vescouo d'Ischia, in l'ama Citta di Roma, et suo distretto Vicario generale,  
volendo mandar ad esecutione quanto si contiene in detta Bolla, per virtu del pre-  
sente comanda, & ordina à tutti & singoli Giudei di qual si voglia grado, stato, et  
conditione, tanto maschi come femine, che dal di della publicatione del presente in  
poi, sotto le pene contenute in detta Bolla, come in detta Bolla si ordina. Li maschi  
debbiano portar la berretta di color giallo, et le femine vn panno quadro di vn pal-  
mo & mezzo similmente giallo in testa sopra tutti gli altri panni. Et in oltre, che  
non ardiscano sotto qual si voglia pretesto tenere alli lor seruitij Lauoranti, Serue, o  
Baile Christiane, ne far nutrire, o allattare i lor figliuoli da Christiani, ne con essi  
mangiare, giocare, o in alcun modo seco familiarmente conuersare, & che non ar-  
discano, o presumano lauorare publicamente, o vendere, o far vendere, ne lauorare  
nelli giorni di Domenica, o altre feste comandate dalla santa Chiesa Romana, &  
similmente non possino, ne debbano scriuere nelli libri delle ragioni, et conti d'altro  
idioma che di volgar Italiano, altramente tali libri non faciano alcuna fede contra  
essi Christiani, et debbano nelli lor conti, et ragioni fare, & connumerare li mesi a  
30 di copiti, & li giorni che non giognessero alli 30 di, gli debbano contare p tanti  
quanti saranno corsi, & non per mesi intieri, et a tal conto riscotere i lor crediti. Ne  
possino, ne debbano vendere li pegni pignorati se non publicamente all'incanto passa-  
ti 18 mesi integri dal di della pignoratione, et siano obligati consignare alli padro-  
ni tutto lo auanzo di detti pegni, ne ta poco possano far mercantie di sorte alcuna  
sopra grani, orzi, biade, vini, ogli, et altre cose al vitto humano necessarie. Ne li Me-  
dici Giudei possino, ne debbano ancor che fossero chiamati, et pregati andare a me-  
dicare Christiani, o alla cura d'essi essere, o intrauenire. Ancora siano tenuti inui-  
labilmente offeruare tutti i statuti & leggi che sono in fauore de Christiani. et deb-  
bano andare con le lor famiglie ad habitare nelli lochi, quali gli saranno assignati p  
esso Reueren. Vicario, o altri per lui sopra cio deputati. Et debbano in termine di  
dua mesi vendere, et con effetto alienare tutti li beni stabili, et offeruare ogni altro  
ordine, che in essa Bolla si contiene. Et questo presente editto publicato et affisso nel  
li soliti luochi tanto in Roma quanto nel distretto & luochi della giurisdictione sua,  
habbia tanto vigore quanto se fusse intimato a ciascheduno d'essi. Dat. in Roma nel  
Palazzo della sua solita habitatione sotto il di 23 di Luglio 1555.

Vir. Epus Isclan. Vicarius qui supra & c.

Pro D. Felice de Romaulis Notar.

Petrus Bardetus Notar. act. ff.

Executum fuit vt supra per affixionem ad valuas curie prefati Reueren. Vicarij  
Aciei campi Floris, & alijs locis consuetis de Vrbe, die 24 Iulij 1555. per  
me Petrum Merceri prefate Curie Mandat.

Biblioteca comunale dell'Archiginnasio

BIBLIOTECA  
COMUNITATIVA  
DI BOLOGNA

